Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Schisma

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Addit.} Pœnitens dicens alijs impoſitam pænitentiam non peccat mortiferè, niſi id graue damnum afferat. *Syl. Confeßio.1.n. 23. Viual. de ſatisfact.n.33.*

Scandalum, vide Confeßio.

1. SCandalum eſt, re mala, vel ſpeciem mali habente, alteri dare peccandi mortaliter occaſionem: quod ſi id intendas, vel ex ſe res ad id inducat, mortale eſt.

*Vide *Caie. verſ. Scandalum, Syl. eod. n.1. Fu.16.*

2 Si ſcandalum oritur ex alterius malitia, nõ ideò omittendum opus licitum: ſi verò ex infirmitate, vel ignorantia, differendum eſt, ſi differri ſine peccato poteſt.

*Vide *Fum. l.c.nu.2. Syl. l.c.n* 3.

3 Ob periculum ſcandali negligenda Prælato temporalia Eccleſiæ bona: præferenda enim pax. **Vide Syl. l.c.n.*4.

4 Scandalizans alios tenetur illis dare bonũ exemplum.

5 Ob ſcandalum illorum, qui te putant excommunicatum, debes Miſſam in feſto non audire.

6 Scandalizatus dicitur populus, cum decem graues viri, & honeſti ſcandalizantur.

Schiſma, vide Hæreſis.

1. SChiſma eſt, nolle obedire Papæ, vt Chriſti Vicario, alijsque vt eius ſubditis communicare. **Syl. verſ. Schiſma. n.1. Fum. ibid.*

2 Schiſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2 Schiſmaticus, vt & hæreticus, priuatur ipſo Iure omni poteſtate.

*Vide Fum.l.c.n.4.Syl.16.n.3.4.

Scholaris, vide Domicilium.

Scrupulus, vide Dubium.

*De ſcrupuloſa conſcientia *Azor.l.2.c.20.*

Secretum, vide Iudiciales actus.

1. SEcretum reuelare licet, cum eſt in alterius iniuſtum damnum, aut cum nihil ex reuelatione damni eſt, nihilque ex occultatione vtilitatis.

Vide Syl.verſ.Secretum, Fum.eodem.Nau.ca. 18.*num.*54.

Sepultura, vide Baptiſmus, Eccleſia, Hæreſis, Simonia.

1. SEpulturam ſibi eligere poteſt quiſque pubes: quod ſi non elegit, ſepeliendus Clericus in ſua Eccleſia, Peregrinus in Parochiali, vel Cathedrali, vxor cum viro, ſpurius cum matre non illuſtri, naturalis cum patre non in dignitate conſtituto.

*De varijs exequiarum moribus *Couar.c.vlt. de teſtam.*

De Sepultura *Val.t.3.diſt.3.q.9.p.2.Nau.l.3. conſ.multis conſilijs.*

De iure ſepulchri *Mol.d.214.*

De funere *Bellarmin.t.2.l.2.de purgat.cap.19.* vbi probat funeris, cereorum, hymnorum, &